monaſterio quattuor:aliis tres anni dentur. Pro ſingulis vero
diebus octauaꝝ centū dies apponant̃·⁊ pro capella per fiat vnꝰ
⁊ per fiat vt petitur duo anni concedantur.

¶De beneficiis vacantibus ⁊ certo modo vacaturis.

¶Item voluit ⁊ ordinauit ꝙ in gratiis beneficialibus de vacāti-
bus aut certo modo vacaturis factis quibuſlibet:ſi plura petan-
tur bn̄ficia vnū cuiuſcunqꝫ annui valoris per ſimplicē ſignaturā
⁊ addito vt petitur duo aut tria ⁊ nō vltra petita bn̄ficia veniāt:
dūmodo etiā illoꝝ fructus ⁊c·centū libras Turoneñ. par.cōi ex-
timatione ſiue tantundē in alia moneta nō valeant annuatim.

¶De valore beneficiorum exprimendo in impetratione.

¶Item voluit ꝙ in gratiis quas perſonis quibuſuis de benefi-
ciis vacantibus ſeu certo modo vacaturis fieri cōtigerit illoꝝ ⁊
alioꝝ quorūcunqꝫ bn̄ficioꝝ que dicte ꝑſone tūc obtinuerint ſeu

de quibus eis fuerit prouiſum vel cōceſſum aut mandatū proui-
deri verus annuus per marchas argenti aut ſterlingorum vel li
braꝝ Turoneñ paruoꝝ ſeu florēñ aut ducat· vel vnciarum auri
ſeu alterius monete valor ſm cō·exti·exprimatur:niſi pſone pre-
dicte beneficia que tunc obtinuerint aut in quibꝫ vel ad que ius
eis competit iuxta ipſaꝝ oblationes vel alias dimittere teneanť
alioquin prefate grē ſint nulle· Et idē ſerueť in gratiis q̄ a ſua
S·motu proprio emanare contigerit quo ad beneficia de quibꝫ
per·S·ſuam pro tpe prouideť ſeu prouideri mandať aut al's diſ-
ponitur ac litteris per quas etiā pro tpe ad eccleſiaꝝ patriarcha
lium metropolitanaꝝ ⁊ cathedraliū ac monaſteriorum regimi-
na promotis concediť ꝙ monaſteria ⁊ alia beneficia eccleſiaſti-
ca ſecularia ⁊ regularia per eos obtenta ac in quibus ⁊ ad q̄ ius
eis competit retinere poſſint·

¶ De clauſulis in beneficiis vacañ ponendis·

¶ Itē voluit ⁊ ordinauit ꝙ qñ prouidet ſeu mādat prouideri ali
cui de bñficio eccl'iaſtico vacante:tūc dari poterūt clauſule ſi pe-
tanť:Etiā ſi illud quouis mō ⁊c̄·ſeu per cōſtitutionē execrabilis
vacet:ac ſpāliter reſeruatū:inter alios litigioſuȝ ſit ⁊ eius colla-
tio deuoluta fuerit·⁊ ſi pro collitigante vel ſurrogationē aut ſi
neutri:vel ſi nulli ⁊c̄·petente:ſi tunc ſpecifice lis exprimať· Nec
deť aliqua generalis reſeruatio diſpoſitiue:niſi deſup in ꝯceſſio
ne ſpālis ⁊ expreſſa ac pure ⁊ nō ſub ꝯditione mentio fiat:⁊ tunc
relique reſeruatiōes inibi ꝯtente veniāt·Si ꝟo tpe expeditionis
inde lr̄aꝝ generalis reſeruatio hmōi ꝓbari nō poſſit:aut in no-
uis prouiſionibꝫ aut pro collitigātibꝫ ſi neutri vel ſi nulli ⁊c̄. ſit
expreſſum:ꝙ ab aliquibꝫ aſſeriť illum cuius beneficiū ꝯcediť col
lectorē·ſubcollectorē·abbreuiatorē vel familiarē ⁊c̄·fuiſſe clauſu
la ponať:Etiā ſi dictū bñficiū ex eo ꝙ talis collector vel ſubcol
lector·abbreuiator vel familiaris ⁊c̄·fuit·diſpoſitōni ap'lice gene
raliter reſeruatū exiſtat·dummō non ſit in eo alicui ſpāliter ius
queſitū·In reliquis ꝟo nulla clauſula detur vnde reſeruatio ge
neralis elici poſſit niſi deſuper ſignatura per duplex fiat ſigna-
ta ſit:aut reformationem vel alias ſpecialiter habeatur·

¶ Qualitates beneficioꝝ debent exprimi in impetratioñ.

¶ Item voluit ꝙ ſuper beneficiis eccleſiaſticis de qualitatibꝰ il
loꝝ videlicet an dignitates perſonatus vel officia ſint eiſq̄ꝫ cu
ra imineat animaꝝ ⁊ ad illa conſueuerint qui per electionē aſſu
mi mentio fiat: alias gratie deſuper facte ſint nulle. Et ſi quali/
tates hm̄oi affirmatiue vel ꝯditionaliter non exprimantur nega
tiua deſuper expreſſio fiat in beneficijs que tales qualitates vel
ex eis aliquas conſueuerunt habere.

¶ De beneficijs vacañ per contractum matrimonij.

¶ Item ſi reſeruet̄ beneficium per ꝯtractū matrimonij nō dent̄
alij modi vacationū de futuro: nec cenſeat̄ beneficium reſeruatū
ſpecialiter vel affectū niſi ſequat̄ matrimoniū. Sed in benefici/
is per promotionē vel aſſecutionē vacaturis ponat̄ clauſula: Cū
beneficia hm̄oi premiſſo vel alio quouis modo ⁊c̄. preterq̄ꝫ ꝑ obi
tum obtinentis vacare contigerit. etiam ſi vacent.

¶ De religioſis recipiendis que clauſule dabuntur.

¶ Item voluit ꝙ ſi petat̄ aliquem in religioſum recipi ac ſibi de
quouis eccleſiaſtico beneficio ꝓuideri ꝑ ſimplicē ſignaturā fiat
receptio hm̄oi duntaxat detur: adiecto: ſi petens ſit idoneus vel
aliud canonicū nō obſiſtat: ⁊ exprimatur ſi certus numerus re/
gularium ſit ibidē: cui etiam nō deroget̄ niſi expreſſe concedat̄.
Et ſi numerus ipſe nō exiſtat ponat̄: dūmodo locus receptionis
hm̄oi nimium propterea non grauetur.

¶ De tranſlatione religioſoꝝ ⁊ impetratione beneficioꝝ.

¶ Item ſi regularis petat ſibi de bn̄ficio ab aliquo monaſterio
vel alio regulari loco dependente prouideri ⁊ appareat ex hm̄oi
petitione ꝙ alterius monaſterij vel loci religioſus ſit licet inibi
tranſlatio non petatur nihilominus illa veniat.

¶ De clauſula ſi eſt ita.

¶ Item ꝙ in lr̄is ſuper beneficijs per conſtitutionem execrabi/
lis vacañ ponatur clauſula: ſi eſt ita. Similiter de quibuſcuq̄ꝫ
narratis informationem facti requirentibus.

¶ Petenti prouideri de vacaturo dent̄ lr̄e de vacañ.

¶ Item petenti ſibi prouideri de vacaturo dent̄ lr̄e de vacante

⁊ econuerſo pꝛout expedierit impetranti·

¶ Sequeſtra·remiſſiones·executoꝛiales dent̄ ſub bulla·

¶ Item voluit ⁊ oꝛdinauit ꝙ mandata apoſtolica ſuper ſenten/
tijs in Romana curia latis executioni demandaudis ſub bulla
expediantur: alias nulla ſint·

¶ Reuocationes decimaꝝ impoſitioñ indulgentiaꝝ·

¶ Item reuocauit quaſcunqꝫ decimaꝝ ſubſidioꝝ vigeſime ⁊ alio
rum onerū impoſitiões que a pꝛefato pꝛedeceſſoꝛe ſuo ex quauis
cauſa: etiā in ſubſidium expeditōnis ꝯtra Turcos ⁊ alias oꝛtho
doxe fidei hoſtes emanarūt ⁊ tam ſup decimaꝝ vigeſime ⁊ oneꝝ
hmōi exactione ꝙꝫ alias quaſcūqꝫ facultates quibuſuis fructuū
⁊ pꝛouentuū camere aplīce debitoꝝ collectoꝛibus ⁊ aplīce ſedis
nuntijs: etiā cum plena ptāte legati de latere ab eodē pꝛedeceſſo
re ꝯceſſas eoꝝ collectoꝛie officia ⁊ cōmiſſa eiſdem nuntijs prin/
cipaliter ſeu alia queuis negocia nō ꝯcernētes· Suſpēdit quoqꝫ
ad ſue·S·⁊ ſedis aplīce bn̄placitū quaſcūqꝫ plenarias indulgen
tias que ab eodē pꝛedeceſſoꝛe ex quauis cauſa: etiā expeditionis
hmōi ꝯceſſe fuerint: necnō deputandi ⁊ eligendi confeſſoꝛes qui
plenarie abſoluant ⁊ alia faciant ad earundē indulgentiaꝝ effe/
ctum: reliquaſue facultates in lr̄is indulgegtiarū hmōi iam con
ſecuti ipſas quomodolibet concernentes quo ad ea in quib⁹ in/
dulgentie ⁊ facultates ipſe ſunt foꝛtite effectum: ita vt illis qui
implentes iniuncta eis in litteris indulgētiaꝝ hmōi iam conſe/
cuti ſunt facultatem eligendi confeſſoꝛē qui abſoluat eos plena
rie in moꝛtis articulo per hmōi ſuſpenſionem nō pꝛeiudicentur
quin facultate ipſa vti poſſint in futurum· Decreuit quoqꝫ irri/
tum ⁊ inane quicquid facultatum reuocatarum earundem pꝛete
xtu impoſterum contigerit attemptari·

¶ Ꝙ vigoꝛe clauſule maioꝛis valoꝛis fructus in ter
tia parte augeri poſſit·

¶ Item cū nōnulli in impetratōnibus beneficioꝝ eccleſiaſticoꝝ
pꝛo tpe vacantiū ⁊ certo modo vacaturoꝝ aſſerendo illoꝛum fru
ctus ⁊c̄· certū per eos expreſſum annuū valoꝛem nō excedere nō
nunqꝫ obtineāt a ſanctitate ſua vt valoꝛem annuū hmōi augeri

poſſint τ verius exprimere in confectione lrāꝝ ſup eiſdem impe/
trationib⁹ ſumma ad quā valorem ipm augere valeāt aliter non
ſpecificata ne virtute hmōi ꝯceſſionis predicte impoſteꝝ heſitari
contingat declarauit pretextu conceſſionis hmōi valorem ipm
vſq₃ ad tertiam partem valoris expreſſi τ in prima que deſuper
fiet litteraꝝ expeditiōe duntaxat augeri poſſe: τ eas quas litte/
ris iam expeditis cum expreſſione valoris ſpecificati: aut non in
tegro augmento predicto denuo deſuper expediri cōtigerit litte
ras cum aliquo augmento valoris hmōi nullius eſſe roboris vl'
momenti: etiam ſi motu proprio beneficiales gratie τ diſpoſitio/
nes quecunq₃ a. S. ſua emanarunt.

¶ Q͛ clauſula abſolutionis non ſuffragetur falſifica
toribus τ impedientibus nuntios apoſtolicos.

¶ Item ne perſonis pro quibus littere ſue emanabunt ob gene/
ralem abſolutionem a cenſuris eccleſiaſticis quib⁹ ligate forēt
ad effectū litteraꝝ earundem indifferenter concedi τ in lrīs apl'i
cis apponi ſolitā preſtet occaſio cenſuras ipſas vilipendendi et
inſordeſcēdi in illis: ſtatuit τ ordinauit hmōi abſolutionē τ clau
ſulam in lrīs quas in futuꝝ cum illa ꝯcedi continget nō ſuffra/
gari nō parentib⁹ rei iudicate incendiariis violatorib⁹ eccleſiaꝝ
falſificantib⁹ τ falſificari procurantib⁹ lrās τ ſupplicatiōes apl'i
cas τ illis vtentib⁹ receptoribus τ fautoribus eoꝝ τ res vetitas
ad infideles deferentibus violatorib⁹ eccleſiaſtice libertatis via
facti auſu temerario apoſtolicis mandatis non obtemperantib⁹
τ nuntios vel executores apoſtolice ſedis τ eius officialium eis
cōmiſſa exequentes impedientibus qui propter premiſſa vel ali/
quod eoꝝ excōmunicati a iure vel ab homine per quattuor men
ſes ſcienter excōmunicationis ſententiam hmōi ſuſtinuerint et
generaliter quibuſcunq₃ aliis qui cenſuris aliquibus etiā alias
q̄₃ vt prefertur quomodolibet ligati in illis per annum continu
um inſorduerint.

¶ Q͛ officiales nihil exigant vltra debitum.

¶ Item idē dn̄s nr̄ intendens exactionib⁹ quas. S. ſua non ſine
diſplicentia plerunq₃ fieri intellexit per officiales Romane. cu.

qui ꝯſtitutis eiſdem emolumentis pro exercitio officioꝝ que ob
tinēt nō contēti vltra illa a proſequentibꝰ negocioꝝ quorūlibet
expeditionē in eadē exigere nō verentur obuiare volēs diſtricte
precipiendo inhibuit oībus ⁊ ſingulis queuis officia in eadē cu
ria obtineñ ne de cetero quicq̄ꝫ pretextu officiorum que obtinēt
quouis colore: etiam celerioris expeditionis vltra emolumenta
hmōi exigere ſeu ad hunc effectū expeditionem eoꝝ que eis incū
bunt malitioſe differre preſumāt ſub excōis ⁊ preter illam ſuſpē
ſionis a perceptione emolumentoꝝ hmōi pro prima ad ſemeſtre
⁊ pro ſecunda ad annum: ac pro tertia vicibus quibus ſic excede
rent priuationis officiorum per eos obtentoꝝ in quibus ſic ex
ceſſerint penis incurrēdis. Ac voluit q̄ ſancte Ro. eccleſie Vice
cancellarius Camerariꝰ ⁊ maior penitētiarius excedentes ip̄os
reſpectiue prout eis ſubſint per ſubtractionem emolumentoꝝ eo
rundem: ac alias vt premittitur compellant ab hmōi illicitis exa
ctionibus abſtinere ⁊ cōtra eos per predictas penas ⁊ alias pro
ut melius viderint expedire procedant.

¶ Extenſio reſeruationum ſpecialium officioꝝ ad ea
que effectum ſortite non ſunt.

¶ Item prelatis ⁊ perſonis eccleſiaſticis vt de quibuſuis digni
tatibus pſonatibꝰ adminiſtratioñ officiis canonicatibus ⁊ pre
beñ aliiſq̄ꝫ beneficiis eccleſiaſticis cum cura ⁊ ſine cura ſeculari
bus ⁊ regularibus ad eoꝝ collationem prouiſionem p̄ntationeꝫ
electionem ſeu quāuis aliam diſpoſitionem pertinētibus que vi
gentibus gratiis expectatiuis ab ipſo Innocentio predeceſſore
conceſſis in Decembris Martij Junij ⁊ Septembris menſibus
vacare contigerit dūmodo diſpoſitōni apoſtolice generaliter re
ſeruata ſeu ex generali apoſtolica reſeruatione affecta non fue
rint perinde ac ſi expectatiue grē predicte ⁊ ſuper illis reſeruati
ones nō emanaſſent libere diſponere poſſint prout poterant vi
uente Innocentio predeceſſore prefato iuxta quandā ipſius In
nocentij predeceſſoris conſtitutionem vltimo editā conceſſit: ac
decreuit irritum ⁊ inane quicq̄d ⁊c.

¶De ptāte. R. dñi Vicecancellarii ꝛ cancellariā regentis.

¶Abſolutio illorum qui in ſupplicationibus vel litteris ignoranter ſcribunt.

¶Primo ꝙ poſſit cōmitere abſolutionem illorum qui ignoranter in ſupplicationibus vel in litteris apoſtolicis aliquid ſcriberent corrigerent vel delerent.

¶Q̄ poſſit corrigere nomina ꝛ cognomina.

¶Item ꝙ poſſit corrigere nomina ꝛ cognomina perſonarum et beneficiorum: dum tamen de corpore conſtet.

¶Q̄ poteſt cōmittere omnes cauſas.

¶Item ꝙ poſſit oēs cauſas beneficiales etiā non deuolutas cōmittere in curia cum poteſtate citandi ad partes.

¶Q̄ poſſit aggrauare proceſſus ꝛ ſententias.

¶Item ꝙ proceſſus auc̄te ap̄lica decretos aggrauare poſſit cum inuocatione brachii ſecularis ꝛ ſententias executioni demandari facere contra intruſos ꝛ intrudendos per litteras apoſtolicas deſuper conficiendas ꝛ non alias.

¶De conſeruatoriis.

¶Item ꝙ poſſit concedere quibuſuis petentibus conſeruatorias per triennium in forma.

¶De celebrando ante diem in locis interdictis.

¶Item ꝙ quibuſlibet nobilib⁹ perſonis petentib⁹ indultū de celebrando ꝛ celebrari faciendo ante diem ꝛ in locis interdictis et ꝑ trienniū recōciliari faciēdo eccl̄ias ꝛ cimiteria polluta i forma

¶Quibus concedere poteſt indultum de fructibus percipiendis.

¶Item Prothonotariis ꝛ lr̄aꝝ ap̄l̄caꝝ ſcriptoribus ꝛ de quib⁹ iuxta illoꝝ ſufficientiā ꝛ idoneitatē ſibi videbit̄ abbreuiatorib⁹ ſua officia in Ro. cu. pro tp̄e exercentib⁹ indultū de percipiendis in abſentia ſuoꝝ beneficioꝝ fructibus etiā ſi alias eis tale indultum quauis auctoritate conceſſum fuerit.

¶Quibus conceditur altare portatile.

¶Item dominis terrarum ꝛ locorum: necnon abbatibus ꝛ per priores gubernari ſolitorū monaſterioꝝ prioribus ac ſuperiori-

bus prelatis ac magnorum principum conſiliariis altare porta-
tile in forma.

¶ Ꝙ poſſit admittere reſignationes.

¶ Item ꝙ poſſit recipere ⁊ admittere reſignationes beneficiorũ eccleſiaſticorum quorumlibet etiaꝫ generaliter vel ſpecialiter reſeruatorum ſimpliciter vel ex cauſa permutatõnis ⁊ deſuper ſupplicationes per conceſſum ſignare pro litteris apoſtolicis inde conficiendis vt moris eſt.

¶ Ꝙ poſſit ſignare beneficia.

¶ Item ꝙ poſſit ſignare ſupplicationes duorꝫ referendariorum manibus ſignatas de nouis prouiſionibus ſi neutri ⁊ ſurrogationibus pro collitigantibus in quibus non detur clauſula generalem reſeruationem importans.

¶ De ſignandis prouiſionibus.

¶ Item ꝙ poſſit ſignare ſupplicationes etiã duorꝫ referendariorum manibus ſignatas de beneficiis eccleſiaſticis vacantibꝰ ſecularibus ⁊ regularibus diſpoſitioni apoſtolice generaliter nõ reſeruatis: quorum cuiuſlibet valor .c. florenẽ auri de camera vel totidem librarum Turonẽ paruorꝫ ſeu tantundem in alia moneta ſe. com. exti: non excedant.

¶ Super defectu natalium.

¶ Item ꝙ poſſit ſignare ſupplicationes vnius referendarii manu ſignatas ſuper defectu natalium ad omnes ſacros ordines ⁊ duo beneficia eccleſiaſtica cum cura ⁊ ſine cura ſeinuicem compatientia etiam ſi canonicatus ⁊ prebẽ vel officia collegiatarꝫ eccleſiarum fuerint.

¶ Super defectu etatis.

¶ Item ꝙ in gratiis expectatiuis concedere poſſit ad obtinenda beneficia dignitates perſonatus adminiſtrationes vel officia curata etatis defectum patientibus qui .xx. ſue etatis annuꝫ peregerint: ⁊ de quibus ſibi quod alias ad hoc idonei ſunt fides facta fuerit quod huiuſmodi eorum gratie ad ipſa beneficia dignitates perſonatus adminiſtrationes ac officia valeant: ſuumqꝫ ſortiantur effectum. Et quod illarum vigore quãprimum

ad etatem legitimā peruenerint hmōi beneficia dignitates per/
ſonatus adminiſtrationes vel officia acceptare ⁊ de illis ſibi pro
uideri facere ac ea recipere ⁊ obtinere valeant·

¶De reſeruationibus·

¶Item ꝙ in expectatiuis ⁊ de beneficijs generaliter vel ſpeciali
ter non reſeruatis impetrationum quarumlibet reformationes
de non obſtantijs ⁊ diſpenſationibus omiſſis ac beneficioꝝ va/
loribus ⁊ qualitatibus nataliumqꝫ defectibus ſignare poſſit·

¶Super defectu pro magnatibus·

¶Item ꝙ in expectatiuis pro nobilibus vel graduatis ſaltē·xx·
annos habentibus ⁊ ad obtinenda beneficia dignitates perſona
tus adminiſtrationes vel officia cum cura defectum etatis pati/
entibus ⁊ ad illa diſpenſationum ſupplicationes ſignare poſſit
de duobus annis·

¶De Maioribus prebendis·

¶Item ſufficientibus ⁊ idoneis ⁊ de quibus ꝙ tales ſint ei fa/
cta fides extiterit in expectatius ſignare poſſit ad maiores eccle
ſiarum preben̄ in quibus iuxta illarum ſtatuta ⁊ conſuetudines
de minoribus ad maiores gradatim fieri debet aſcenſus·

¶De prorogationibus ſuſcipiendoꝝ ordinum.

¶Item ꝙ poſſit ad ordines ſuſcipiendos artatis prorogare ter/
minos de dictis ſuſcipiendis ordinibus vſqꝫ ad proxima tunc a
iure ſtatuta tempora in quibus ſic artati ſucceſſiue ad ipſos or/
dines promoueantur·

Placet publicentur ⁊ deſcribantur in Cancellaria·R·

¶Lecte ⁊ publicate fuerunt ſupraſcripre Regule Rome in Can
cellaria apoſtolica die Lune·xxvij·menſis Auguſti Anni Incar
nationis dominice·M·cccc·xcij·Pontificatus prefati Sanctiſſi
mi in xp̄o patris ⁊·D·N·D·Alexandri diuina ꝓuidētia pape·vi·
Anno Primo·

¶ Qđ cōfeſſionalia per ſolam ſignaturā nemini ſuffragen
tur anteqꝫ lr̄e ap̄lice deſuper cōfecte ſint: ac inhibet̄ ne ſup
plicatiōes cū hmōi cl̄a: ſola ſignatura ſufficiat: ſcribantur
⁊ exequantur.

¶ Sanctiſſimus in xp̄o pater ⁊ dn̄s noſter dn̄s Alexander diui
na prouidentia papa. vi. Attendens ꝙ plerunqꝫ ad importunam
petentium inſtantiaꝫ facultates eligendi ⁊ deputandi ꝯfeſſores
qui abſoluant eligentes a peccatis per eos cōmiſſis ſub ſimplici
ſignatura concedit. Et quia in hmōi facultatibus plura ſepenu
mero continentur qꝫ in forma ſm̄ quam littere apoſtolice ſuper
talibus facultatibus per Cancellariam apoſtolicā expediri con
ſueuerunt in quaterno dicte Cancellarie annotata ſint expreſſa
⁊ illi quibus conceduntur propterea indies ad peccandū procli
uiores redduntur ac etiam facultatibus ipſis abutuntur nō ſine
ſuaꝝ periculo animaꝝ: voluit ⁊ decreuit facultates hmōi quas
de cetero per ſolam ſignaturā ſupplicationū etiam in forma Bea
tiſſime pater: ſanctitatem ſuam ſeu de eius mandato: etiam mo
tu proprio concedi cōtigerit: nemini ſuffragari poſſe anteqꝫ ſu
per eis ap̄lice littere ſint cōfecte diſtrictius in virtute ſancte obe
dientie ⁊ ſub excōmunicationis late ſententie pena: quā contra
facientes eoipſo incurrāt: ⁊ a qua niſi a Sanctitate ſua preterqꝫ
in mortis articulo abſolui poſſe noluit: quibuſcunqꝫ perſonis in
hibendo ne deinceps ſupplicationes ſuper facultatibus hmōi cū
illa clauſula ꝙ dictarum ſupplicationū ſola ſignatura ſufficiat
ad cuiuſcunqꝫ inſtantiam in forma qua ſignari poſſint quouis
modo ſcribere ac ad executionem conceſſionum predictaꝝ litte
ris deſuper nō expeditis actiue vel paſſiue procedere preſumāt.

¶ Qđ in reſignationibus infirmoꝝ. xx. dies compu
tentur a die conſenſus.

¶ Sanctiſſimus in xp̄o pater ⁊ dn̄s noſter dn̄s Alexander diui
na prouidentia papa. vi. volens fraudibus que in reſignationi
bus tam beneficiorum qꝫ Romane curie officioꝝ plerunqꝫ fiunt
obuiare veſtigiis fe. re. Pauli. ii. ⁊ Innocentii. viii. Romanorum

pontificum pꝛedeceſſoꝝ ſuoꝛum inherens conſtitutionem nuper per ſanctitatem ſuam de infirmo reſignante beneficia eccleſiaſtica ⁊ decedente infra·xx·dies poſt reſignatiōem ipſam editam ad reſignantes quecunqꝫ dicte curie officia extendit:ac decreuit·xx dies pꝛedictos a die pꝛeſtiti conſenſus per reſignantem in expeditione litterarum ſuper pꝛouiſione beneficii vel officii per reſignationem hmōi vacantis non autē date ſupplicatōnis deſuper ſignate ⁊ litterarum deſuper expeditione computari debere·Irritum quoqꝫ ⁊ inane quicqd ſecus ſuper his a quoqꝫ quauis auctoꝛitate ſcienter vel ignoꝛanter contigerit attemptari·

Placet publicetur ⁊ deſcribatur·R·

¶Lecte ⁊ publicate fuerunt ſupraſcripte regule Rome in Cancellaria apoſtolica die·xx menſis Octobꝛis Anno Incarnationis dominice·M cccc·xcii·Pontificatus pꝛefati dn̄i noſtri pape Anno pꝛimo·

¶Qꝫ in conceſſionibus ſuper arrendandis fructib⁹ ⁊c· tempus expꝛeſſum in conceſſis a die publicationis poſt ſex menſes:in concedendis a die date litterarū computentur·

¶Sanctiſſimus in xp̄o pater ⁊ dn̄s noſter dn̄s Alexander diuina pꝛouidentia papa·vi·qui interdum patriarchaliū metropolitanarū ⁊ cathedralium eccleſiaꝝ pꝛelatis aliiſqꝫ perſonis eccleſiaſticis ſecularibus ⁊ regularibus etiam militiaꝝ quarumcunqꝫ ex certis tunc per eos expꝛeſſis cauſis vel alias etiam motu pꝛopꝛio concedit vt fructus redditus ⁊ pꝛouentus eccleſiaꝝ dignitatum ⁊ beneficioꝛum ſuoꝛum ad certum tempus arrendare ſeu ad firmā vel annuam penſionem concedere: ac pꝛecium ſeu pre-

cia vnico contextu ⁊ anticipata ſolutione percipere et leuare ac
ſe ſuoſcꝫ in illis ſucceſſores ad id obligare valeant: ita ꝙ ſi con-
tingat eos interim cedere vel decedere ſeu eccleſias dignitates
⁊ alia beneficia huiuſmodi quomodolibet dimittere nihilominꝰ
fructus redditus ⁊ prouentus predicti remaneant obligati: ac
ſucceſſores prefati dictum arrendamentum obſeruare tenean-
tur: prouide conſiderans ꝙ ſicut plurimorum fidedigna relatio
ne percepit conceſſiones huiuſmodi obtinentes illis abutentes
vt plurimū differunt fructus redditus ⁊ prouentus predictos ar
rendare donec reſignare ſeu cedere vel eccleſias dignitates ⁊ be
neficia predicta alias dimittere voluerint aut ſe in periculo mor
tis viderint conſtitutos: ex quo animarum ſuarum ſaluti non
conſulitur ⁊ tam ſucceſſores eorum q̄ꝫ eccleſie dignitates ⁊ bene
ficia huiuſmodi cum redditibus interim carere cogantur maxi-
ma patiuntur tam in ſpiritualibus q̄ꝫ temporalibus detrimen-
ta: ⁊ ſepenumero lites immortales et praua ſcandala oriuntur:
volenſcꝫ propterea prout conuenit debite obuiare ⁊ eccleſiarum
dignitatum ⁊ beneficiorum ſucceſſorumcꝫ predictorum indem-
nitati conſulere: felicis recordationis Innocentii pape·viii· pre
deceſſoris qui ſimilem conſtitutionem edidit veſtigiis inheren
do: decreuit in quibuſcunqꝫ conceſſionibus arrendandis huiuſ-
modi hactenus tam per Sanctitatem ſuam q̄ꝫ etiam per dictum
predeceſſorem poſt conſtitutionem ſuam cum illius derogatio-
ne factis tempus in illis expreſſum poſt ſex menſes a die publi-
cationis preſentis conſtitutionis immediate: in concedendis ve
ro de cetero per illos date litterarum deſuper conficiendarum
computari: ⁊ ſic de cetero per illos ad quos expeditio litterarum
apoſtolicarum in Cancellaria apoſtolica ⁊ alibi ſpectat in eiſdē
litteris huiuſmodi tempus ſpecificari debere ⁊ ſucceſſores prefa
tos ad ſeruandum arrendamenta per eorum predeceſſores pro
tempore facta non teneri niſi modo ⁊ forma premiſſis· Irritum
quocꝫ ⁊ inane quicq̄d ſecus ſup̄ his a quoq̄ꝫ quauis auctoritate

ſcienter vel ignoranter contigerit attemptari.

Placet publicetur ⁊ deſcribatur in Cancellaria. R.

¶ Lecta ⁊ publicata fuit ſuprascripta regula Rome in Cancel/
laria Apoſtolica die Martis vndecima menſis Decembris An/
no Incarnationis dominice. M.cccc.xcii. Pontificatus prefati
Sanctiſſimi dn̄i noſtri Anno primo.

¶ Confeſſionale dn̄i Alexandri pape. vi.

ALexander ⁊c. Sincera ferrenſq; tua deuotio quā ad nos
⁊ Romanā eccleſiam gerere comprobaris merito nos in/
ducit vt illa tibi fauorabiliter concedamus per que con/
ſcientie pacem ⁊ anime tue ſalutem deo propitio conſequi poſſis
Hinc eſt ꝙ nos tuis deuotis ſupplicationibus inclinati tibi vt
aliquem idoneum preſbyterū ſecularem vel cuiuſuis ordinis re/
gularem in tuum poſſis eligere confeſſorem qui vita tibi comi/
te in caſibus Apoſtolice ſedi reſeruatis: preterq̄ offenſe eccleſia
ſtice libertatis criminum. hereſis ⁊ rebellionis aut conſpiratio/
nis in perſonam vel ſtatū Romani pontificis ſeu ſedem apoſto/
licam: falſitates litterarum apoſtolicaꝝ ſupplicationū ⁊ cōmiſſi
onum: inuaſionis depredationis occupationis aut deuaſtatio/
nis terrarum ⁊ maris Romane eccleſie hm̄oi mediate vel īmedia
te ſubiectoꝝ: offenſe perſonalis in Ep̄m vel alium prelatum: pro
hibitionis deuolutionis cauſaꝝ ad Romanā curiam: delationis
armorum ⁊ aliorum prohibitorum ad partes infidelium: ſemel
duntaxat in vita: in aliis vero quotiens fuerit oportunū confeſ/
ſione tua diligenter audita pro cōmiſſis tibi debitā abſolutionē
impendat ⁊ iniungat pn̄iam ſalutarē: necnō vota quecunq;: vl/
tramarino. liminum apoſtoloꝝ Petri ⁊ Pauli ac ſancti Jacobi
in compoſtella: ac caſtitatis ⁊ religionis votis duntaxat exce/
ptis in alia pietatis opera cōmutare valeat. Quodq; confeſſor
quem duxeris eligendum omnium peccatorum tuoꝝ de quibus

corde contritus ⁊ ore confeſſus fueris etiã ſemel in vita ⁊ in mor
tis articulo plenam remiſſionem tibi in ſinceritate fidei vnitate
dicte Romane eccleſie ac obedientia ⁊ deuotione noſtra vel ſuc
ceſſorum noſtroꝝ Romanoꝝ pontificum canonice intrantiũ per
ſiſtenti auctoritate apoſtolica concedere poſſit deuotioni tue te
nore preſentium indulgemus: Sic tamen ꝙ idem cõfeſſor de his
de quibus fuerit alteri ſatiſfactio impendenda eam tibi per te ſi
ſuperuixeris vel per alios ſi forte tunc tranſieris faciendam in
iungat: quam tu vel illi facere teneamini vt prefert̃. Et ne quod
abſit propter hmõi gratiam vel conceſſionem reddaris procliui
or ad illicita impoſterũ cõmittenda: volumus ꝙ a ſinceritate fi
dei vnitate Romane eccleſie ac obedientia ⁊ deuotiõe noſtra vel
ſucceſſorum canonice intrantium hmõi deſiſteres aut ex confi
dentia conceſſionis vel remiſſionis predictis aliqua forſan cõ
mitteres cõceſſio remiſſio ⁊ pñtes littere tibi nullatenus ſuffra
gentur. Nulli ergo omnino hominum ⁊c.

¶ Reuocatio ſpecialium reſeruationum etiam Cardi
nalium ⁊ quorumuis conſideratione ꝯceſſarum.

¶ Sanctiſſimus in xpo pater ⁊ dñs noſter dñs Alexander diui
na prouidentia papa. vi. qui poſt factam per ſanctitatem ſuã in
craſtinũ aſſumptionis ſue ad apicem ſummi apoſtolatus reuoca
tionem oĩm ſpecialium reſeruationem preterq̃ earum ſuper qui
bus littere apoſtolice per Cancellariam apoſtolicã expediri con
ſueuerant nõnullis ex reſeruatõnibus ſpecialibus etiam venera
bilibus fratribus ſuis ſancte Romane eccleſie Cardinalibus per
fe. re. Innocentium papam. viii. predeceſſorem ſuum cõceſſas re
ualidauit ⁊ reſtituit: illaſq̃ ⁊ alias ſpeciales reſeruationes aliis
⁊ etiam eiſdem Cardinalibus conceſſit: conſiderans quantũ ex
dictis ſpecialibus reſeruationibus eccleſie ⁊ monaſteria aliaq̃
cum cura ⁊ ſine cura beneficia eccleſiaſtica ſecularia ⁊ regularia
etiam in alma vrbe exiſtentia eorumq̃ pſone grauent̃ ⁊ quot de
trimenta indies ſuſtineant: habitaq̃ ſuper his cum eiſdem Car

dinalibus matura deliberatione ⁊ de illorum conſilio die quin/
tadecima menſis Aprilis Anno Incarnationis dñice. M.cccc.
xciii. Pontificatus ipſius dñi noſtri Anno primo: omnes ⁊ ſin/
gulas alias q̄ ſuper quibus per Cancellariam predictam littere
ap̄lice in forma ſolita expediri conſueuerunt ſpeciales reſeruatio
nes de quibuſuis Metropolitañ ⁊ aliis cathedralium eccleſiis
⁊ monaſteriis ac beneficiis eccleſiaſticis cum cura ⁊ ſine cura ſe
cularibus ⁊ quorũuis ordinum regularibus etiam in dicta vr/
be conſiſtentibus cum prouiſionibus ſeu cõmendis aut de pro/
uidendo ſeu cõmendando mandatis ⁊ in euentum reuocationũ
reſtitutionibus repoſitionibus ⁊ nouis conceſſionibus ac decla
rationibus ⁊ atteſtationibus aliiſq; inde ſecutis per dictum pre
deceſſorem ⁊ Sanctitatem ſuam in fauorem quorumcunq; ⁊ qui
buſcunq; etiã dictis Cardinalib⁹ ac etiã imperatoꝝ regũ ⁊ alio
rum principum conſideratione ⁊ ex quibuſuis etiam vrgentiſſi
mis cauſis conceſſas ⁊ factas quo ad ea in quibus non ſunt for
tite effectum reuocauit: dictamq; reuocationem ꝙbuis publicata
non fuerit ex dicta die locum ſibi vẽdicare voluit in omnibus et
per omnia perinde ac ſi publicata fuiſſet ⁊ quas de cetero ab ea
dẽ Sanctitate emanare cõtigerit ſpeciales reſeruationes huiuſ
modi pro nullis ⁊ infectis haberi decreuit.

Placet publicetur ⁊ deſcribatur in Cancellaria. R.

Lecta ⁊ publicata fuit ſupraſcripta regula Rome in Cancella
ria apoſtolica die. iiii. menſis Maii. Anno Incarnationis domi
nice. M.cccc.xciii. Pontificatus prefati Sanctiſſimi domini no
ſtri pape Anno primo.

lie quin-
M.cccc.
es et fin-
m littere
eſeruatio
eccleſiis
ne cura ſe
dicta vr-
ut de pro-
ocationū
s ac decla
dictum pre
unq; et qui
regū et alio
vrgentiſſi
n ſunt for
publicata
omnibus et
cetero ab ea
iones huiuſ
laria. R.
e in Cancella
ationis domi
mi domini no